



C. D.

## Thes. I.



idera non tantum in res sublunares inanimatas in regno vegetabili ac mineralium, sed etiam in regno animali rerum animatarum, ac præcipue in corpora hominum, suos habere influxus, antiqua æque ac verissima res est. Id quod partim quotidiana ægrotorum symptomata, ex varietate cœlestis tempestatis variantia e.g. in febricitantibus ac Lunaticis declarant; partim diversissimi hominum affectus & motus animales ex inclinatione siderum dependentes, abunde satis testantur. Eleganter hoc ipsum ex Ptolomæi *Quadripartito* notat Vossius de *Idololatr.* Gent. L. II. Cap. 47. ubi ita loquitur. *Cernimus enim motu solis anni tempora distingui, unaque cum eis corpora nostra immutari.* Et quid attinet de annuis conversionibus dicere? cum quotidianas conversiones illis annuis consimiles esse, in nobis immutandis animadvertis? Sol enim oriens & aerem ad veris temperiem redigens, talem etiam corporibus nostris qualitatem insinuat, & die progreidente, videre est, universalia temperamenta in particularibus contineri. Quod si omnino evidens quidam con-

Influxus  
siderum  
defenditur

A

tin-